

Janus Pannonius

Elegiae -
Elegien

Lateinisch - Deutsch

Janus Pannonius

**Elegiae -
Elegien**

Lateinisch - Deutsch

JANUS

PANNONIUS

ELEGIAE - ELEGIEN

Lateinisch – Deutsch

Edidit et epilogo et notis illustravit et in
Germanicum vertit

Herausgegeben, mit einem Nachwort und
Anmerkungen versehen und übersetzt von

Josef Faber

2009

Books on Demand

Inhaltsverzeichnis

ELEGIAE IN ITALIA SCRIPTAE

IN ITALIEN GESCHRIEBENE ELEGIEN

1. LAUS ANDREAE MANTEGNAE, PICTORIS PATAVINI
1. LOBPREISUNG DES ANDREA MANTEGNA, MALER AUS PADUA
2. AD BORSIUM ESTENSEM, MARCHIONEM FERRARIAE, IOANNES DE GAIBANA, PER IANUM PANNONIUM
2. JOHANNES DE GAIBANA, MIT HILFE VON JANUS PANNONIUS, AN BORSIO D'ESTE, MARKGRAF VON FERRARA
3. IANUS PANNONIUS DE ANNULO, AD TITUM VESPASIANUM STROZZAM
3. JANUS PANNONIUS ÜBER EINEN RING AN TITUS VESPASIANUS STROZZA
4. IANUS PANNONIUS TITO VESPASIANO STROZZAE
4. JANUS PANNONIUS AN TITUS VESPASIANUS STROZZA
5. RESPONSIO AD TITUM VESPASIANUM STROZZAM
5. ANTWORT AN TITUS VESPASIANUS STROZZA
6. AD FRANCISCUM DURANTUM FANENSEM
6. AN FRANCESCO DURANTE DE FANO

7. DE MORTE ANDREOLAE, NICOLAI V. PONTIFICIS ROMANI
ET PHILIPPI CARDINALIS BONONIENSIS MATRIS
7. ÜBER DEN TOD DER ANDREOLA, MUTTER VON PAPST
NIKOLAUS V. UND VON PHILIPP, KARDINAL VON
BOLOGNA
8. AD CAROLUM
8. AN CAROLUS
8. THRENOS IN RACACINUM CUBICULARIUM
9. KLAGELIED FÜR DEN KAMMERDIENER RACACINUS
10. MARCO GEORGIO ET ANTONIOLO SCIENTAE
RUSTICANTIBUS
10. AN GIORGIO UND ANTONIOLO MARCO, ALS SIE IN
SCIENTA URLAUB AUF DEM LAND MACHTEN
11. AD APOLLINEM, CUM E PEDE LABORARET
11. AN APOLLO, ALS ER FUSSSCHMERZEN HATTE
12. AD GALEOTTUM NARNIENSEM
12. AN GALEOTTO VON NARNI
13. AD ANTONIUM MARIAM, DE CONIUGE DUCENDA
13. AN ANTONIO MARIA ÜBER DAS HEIRATEN
14. DE CERTAMINE MENSIIUM
14. ÜBER DEN WETTSTREIT DER MONATE
15. EPITHALAMIUM AD GULIELMUM CALEFINUM ET
FLORDEMILIAM GUARINAM
15. HOCHZEITSLIED FÜR GUGLIELMO CALEFINO UND
FLORDEMILIA GUARINA
16. AD ANTONIUM MARIAM

16. AN ANTONIO MARIA
16. EPITHALAMIUM IN MATTHAEUM HERBAM
MEDIOLANENSEM ET MARGARITAM COSTABILEM
FERRARIENSEM
17. HOCHZEITSLIED FÜR MATTHAEUS HERBA AUS MAILAND
UND MARGARITA COSTABILIS AUS FERRARA
18. AD PERINUM
18. AN PERINUS
19. EPITHALAMIUM IN LIBERAM GUARINAM ET SALOMONEM
SACRATUM
19. HOCHZEITSLIED FÜR LIBERA GUARINA UND SALOMON
DE SACRATO
20. VALEDICIT MUSIS
20. ER VERABSCHIEDET SICH VON DEN MUSEN
21. PRUDENTISSIMO IURIS CONSULTO BARTHOLOMAEO
CEVOLAE VERONENSI
21. AN DEN VORTREFFLICHEN RECHTSGELEHRTEN
BARTHOLOMÄUS CEVOLA AUS VERONA
22. NAÏADUM ITALICARUM PRINCIPI DIVAE FERONIAE JANUS
PANNONIUS CECINIT IN REDITU EX URBE NONIS IUNIIS
ANNO1458
22. FÜR DIE GÖTTIN FERONIA, DER ERSTEN UNTER DEN
ITALISCHEN NYMPHEN, GEDICHTET VON JANUS
PANNONIUS AUF DER RÜCKFAHRT VON ROM AM
NEUNTEN JUNI 1458

ELEGIAE IN PANNONIA SCRIPTAE

IN UNGARN GESCHRIEBENE ELEGIEN

- 23. ABIENS VALERE IUBET SANCTOS REGES, WARADINI.
- 23. AUF DER ABREISE VERABSCHIEDET ER SICH VON DEN
HEILIGEN KÖNIGSSTATUEN IN VÁRAD
- 24. BLASIO MILITANTI IANUS FEBRICITANS
- 24. DER FIEBERKRANKE JANUS AN BLASIUS IM
KRIEGSDIENST
- 25. DE STELLA AESTIVO MERIDIE VISA
- 25. ÜBER DIE SICHTUNG EINES STERNES AN EINEM
SOMMERMITTAG
- 26. DE APRO ET CERVO
- 26. ÜBER EINEN EBER UND HIRSCH
- 27. THRENOS, DE MORTE BARBARAE MATRIS
- 27. KLAGELIED, ÜBER DEN TOD SEINER MUTTER BARBARA
- 28. INVEHITUR IN LUNAM, QUOD INTERLUNIO MATREM
AMISERIT
- 28. ER GREIFT DEN MOND AN, WEIL ER BEI NEUMOND
SEINE MUTTER VERLOR
- 29. MATTHIAS REX HUNGARORUM, ANTONIO CONSTANTIO,
POETAE ITALO
- 29. MATTHIAS, KÖNIG DER UNGARN, AN ANTONIO
CONSTANZI, DEN ITALIENISCHEN DICHTER
- 30. DE SE AEGROTANTE IN CASTRIS
- 30. ÜBER SICH, ALS ER KRANK IM FELDLAGER
DARNIEDERLAG

- 31. CONQUESTIO DE AEGROTATIONIBUS SUIS, IN MENSE MARTIO ANNO 1466
- 31. WEHKLAGE ÜBER SEINE KRANKHEITEN, IM MONAT MÄRZ DES JAHRES 1466
- 32. AD SOMNUM
- 32. AN DEN SCHLAF
- 33. AD ANIMAM SUAM
- 33. AN SEINE SEELE
- 34. DE INUNDATIONE
- 34. ÜBER DIE ÜBERSCHWEMMUNG
- 35. DE ARBORE NIMIUM FOECUNDA
- 35. ÜBER EINEN ALLZU FRUCHTBAREN BAUM
- 36. DE VENATIONE STEPHANI DE BAJON ORATORIS
- 36. ÜBER DIE JAGD DES GESANDTEN ISTVÁN BAJONI

NACHWORT

ANMERKUNGEN ZUM TEXT

ELEGIAE IN ITALIA SCRIPTAE

1. LAUS ANDREAE MANTEGNAE, PICTORIS PATAVINI

Qualem Pellaeo fidum cum rege sodalem
Pinxit Apelleae, gratia mira, manus,
Talis cum Iano tabula Galeottus in una,
Spirat inabruptae nodus amicitiae.

5

Quas, Mantegna, igitur tanto pro munere grates,
Quasve canet laudes nostra Thalia tibi?
Tu facis ut nostri vivant in saecula vultus,
Quamvis amborum corpora terra tegat.
Tu facis, immensus cum nos disternat orbis,

10

Alter in alterius possit ut esse sinu.
Nam quantum a veris distant haec ora figuris?
Quid, nisi vox istis desit imaginibus?
Non adeo similes speculi nos lumina reddunt,
Nec certans puro splendida lympa vitro.

15

Tam bene respondet paribus distantia membris,

Singula tam proprio ducta colore nitent.
Num te Mercurius divina stirpe creavit?
Num tibi lac, quamvis virgo, Minerva dedit?
Nobilis ingenio est, et nobilis arte vetustas,

20

Ingenio veteres vincis, et arte, viros.
Edere tu possis spumas ex ore fluentes,
Tu Veneris Coae perficere effigiem.
Nec natura valet quicquam producere rerum,
Non valeant digiti quod simulare tui.

25

Postremo, tam tu picturae gloria prima es,
Quam tuus historiae gloria prima Titus.
Ergo operum cultu terras cum impleveris omnes,
Sparseris et toto nomen in orbe tuum,
Illicet, accitus superas transibis ad arces,

30

Qua patet astringerae, lactea zona, viae,
Scilicet, ut vasti pingas pallatia coeli,
Stellarum flammis sint variata licet.
Cum coelum ornaris, coelum, tibi praemia, fiet,
Pictorum et, magno sub love, Numen eris.

35

Nec tamen his fratres cedent pietate poetae,
Sed tibi post Musas proxima sacra ferent.

Nos duo praesertim; quorum tua dextera formas
Perpetua nosci posteritate facit.
Interea haec gratam testentur carmina mentem,

40

Vilior his Arabi turis acervus erit.

IN ITALIEN GESCHRIEBENE ELEGIEN

1. LOBPREISUNG DES ANDREA MANTEGNA¹⁾, MALER AUS PADUA

Wie zusammen mit dem Makedonenkönig²⁾ den treuen
Gefährten

Die Hand des Apelles³⁾ malte, eine wunderbare
Gunsterweisung,

So atmet mit Janus in einem Bild Galeotto⁴⁾,
Ein Bund untrennbarer Freundschaft.

5

Welchen Dank schuldet man also dir, Mantegna, für solch
ein Geschenk,

Oder welches Lob wird dir unsere Thalia⁵⁾ singen?
Du machst, dass unsere Gesichter in Ewigkeit leben werden,
Auch wenn schon Erde unser beider Körper bedeckt.

Du machst, obgleich uns der weite Erdkreis trennt,

10

Dass Einer in des Anderen Herzen ist.

Denn wie wenig unterscheiden sich von echten Gestalten
diese Gesichter?

Als ob diesen Abbildern nur die Stimme fehlte?

Nicht so ähnlich zeigt uns den Augen der Spiegel,

Nicht die mit klarem Glas wetteifernde glänzende
Wasseroberfläche.

15

So wohlproportioniert ist das Körperpaar.

So leuchten in passender Farbgebung beider Gesichter.

Hat dich etwa Merkur aus göttlichem Stoff geschaffen?

Hat dich etwa Minerva, obgleich Jungfrau, gesäugt?

Von altem Adel ist dein Talent und deine Kunst,

20

An Talent übertriffst du die Alten, an Kunstfertigkeit die
Zeitgenossen.

Du könntest aus dem Meer steigenden Schaum
wiedergeben,

Du könntest das Bild der Venus von Kos⁶⁾ vollenden.

Auch die Natur vermag nichts hervorzubringen,

Was deine Finger nicht nachahmen könnten.

25

Ein Letztes: Du bist so die Nummer Eins der Malerei

Wie dein Landsmann Titus⁷⁾ in der Geschichtsschreibung.

Wenn du also alle Länder mit der Verehrung deiner Werke
erfüllt

Und deinen Namen auf der ganzen Welt verbreitet hast,
Wirst du sogleich zur Himmelsburg wandeln

30

Auf den gestirnten Pfaden der Milchstraße,
Wohl, damit du die Paläste des unermesslichen Himmels
malst,

Wenn sie im Glanz der Sterne erstrahlen.

Wenn du den Himmel geschmückt hast, wird dir der Himmel
als Lohn zuteil

35

Und du wirst beim großen Jupiter der Gott der Maler sein.
Aber dennoch werden die Dichterbrüder es nicht an
Frömmigkeit fehlen lassen,

Sondern dir, gleich nach den Musen, Opfer bringen,
Vor allem wir zwei, deren Gestalt deine Rechte

40

Für alle Ewigkeit bekannt macht.

In der Zwischenzeit mögen diese Verse unsere Dankbarkeit
bezeugen,

Eine Ladung arabischen Weihrauchs wird weniger wert sein
als diese!

¹⁾ *Andrea Mantegna (1426-1506), Renaissance-Maler;
schuf u.a. vorzügliche Porträts*

- 2) *Alexander der Große, sein bester Freund war Hephaistion, den er im Rausch tötete*
- 3) *Apelles (4.Jhdt. v.Chr.), berühmtester Maler der Antike, Hofmaler Alexander des Großen*
- 4) *Galeotto Marzio (1427-1497?), italienischer Humanist, Lehrer und Freund des Janus*
- 5) *Muse der heiteren Dichtkunst*
- 6) *Apelles malte auf der griechischen Insel Kos sein berühmtes Bild der Aphrodite Anadyomene („die Schaumgeborene“)*
- 7) *Titus Livius (59 v.Chr.-17 n.Chr.), römischer Geschichtsschreiber, der wie Mantegna aus Padua stammte*

2. AD BORSIUM ESTENSEM, MARCHIONEM FERRARIAE, IOANNES DE GAIBANA, PER IANUM PANNONIUM

Marchio, magnorum, decus immortale parentum,
Marchio, Ferrariae, portus et aura, tuac;
Unde meum sumet primordia debita carmen,
Dum studeo laudes commemorare tuas?

5

Iustitiamne tuam coner prius edere, qua nec
Immunes pravos, nec sinis esse bonos?
Qua fraus supplicium, qua fert sua munera virtus,
Qua reddis cunctis praemia digna viris.

An potius referam, salvo quod iure sacratae

10

Iustitiae, pergas non tamen esse ferox?
Sed persaepe reo poenae de parte relaxes,
Et caedas virgis, qui cruce dignus erat?
Quam doleas cum te cogunt scelera esse ferocem?
Parcere quam properes, laedere sero velis?

15

Quanta tuumne canam decoret prudentia pectus?
Qua clarus canas factus es ante comas.
Cuncta per hanc praesens quae fert, intelligis, aetas,
Ipse fui aspectus ausus adire tuos.
Et me qua reliquos, regum placidissime, fronte

20

Excipis, et dulces fundis ab ore sonos.
Quando loqui volui, pro voto cuncta loquebar,
Et tua erat verbis auris aperta meis.
Obtuleram; quae sunt a paupere dona ferenda,
Quantula erant, vidi grata suisque tamen.

25

Verum quae tandem meritorum summa tuorum
Erga me fuerint, commemorare iuvat:
Optavi medicas perdiscere saepius artes,
Quae multum ante omnes utilitatis habent,
Opto, sed est nostris paupertas invida votis,

30

Et nullo tenuis asse crumena tumet.
Me tua sancta manus largo relevavit egentem
Munere, quae multos saepe levare solet.
Quippe emtis, rex magne, tuo fruor aere libellis,
O rex coelitibus aequiparande Deis!

35

Et tua quotidie foribus stat aperta reclusis,
Ingredienda rneo bibliotheca pede.
Nec tua Lethaeas fluitant benefacta per undas,
Nec nant a rapidis per freta rapta Notis.
Vel lux est, vel nox, et nocte et luce laboro,

40

Ingratae mentis ne reus esse ferar.
Ut per multa tuam producant saecula vitam,
Quod possum, Superos supplice voce rogo.
Cum nequeam dignas verbis persolvere grates,
Est saltem meritis mens mea grata tuis.

45

Est, et semper erit, donec mea vita sub auras
Evolet, et flamma totus edace cremer.
Plus ego Tithono quamvis et Nestore vivam
Et mea praetereat saecula terna colus.
Ante Padus gelidas cursum reflectet ad Alpes,

50

Ante petet vetitum Parrhasis ursa mare,
Quam cesset mea Musa tuas percurrere laudes,
Et te qua poterit concelebrare lyra.
Praecipias; saevis pro te freta turbida ventis
Ingrediar, telis pectora nuda dabo.

55

Scyllam, atque adversam Scyllae haud horrebo Charybdin,
Et quas eructat Sicelis Aetna faces.
Quin etiam postquam tenuis me clausurit urna,
Non parcam laudes enumerare tuas,
Quicquid ero, aut rursus me membra humana tenebunt,

60

Sive fugax cervus, sive volucris ero.

2. JOHANNES DE GAIBANA, MIT HILFE VON JANUS PANNONIUS, AN BORSIO D'ESTE¹⁾, MARKGRAF VON FERRARA

Oh Markgraf, unsterbliche Zierde großer Eltern,
Markgraf, Stütze und Stärke deines Ferrara!
Wo wird mein Gedicht den geziemenden Anfang nehmen,
Wenn ich mich bemühe, deinen Ruhm zu verewigen?

5

Soll ich eher versuchen deine Gerechtigkeit zu besingen,
Durch die du weder die Bösen noch die Guten verschonst,

Durch die Betrug bestraft wird und Tugend belohnt,
Durch die du jedermann den gebührenden Lohn zukommen
lässt?
Oder soll ich eher berichten, dass du unter Beachtung des
Rechts der heiligen

10

Justiz dennoch auch weiterhin nicht hartherzig bist,
Sondern sehr oft dem Angeklagten einen Teil der Strafe
erlässt
Und den auspeitschen lässt, der das Kreuz verdient hätte?
Wie es dich schmerzt, wenn Verbrechen dich zwingen, hart
zu sein?

15

Wie schnell du Schonung gewährst und wie spät du strafen
willst?
Soll ich singen, welch große Klugheit deine Brust ziert,
Wie du berühmt geworden bist, bevor noch das Haar
ergraut?
Was alles die Gegenwart mit sich bringt, erkennst du,
Selbst ich habe es gewagt, dir unter die Augen zu treten,

20

Und du, gnädigster König, nimmst mich mit derselben Miene
auf
Wie die übrigen und süßer Wohllaut entströmt deinem
Mund.
Als ich sprechen wollte, sprach ich alles wie ein Gebet
Und dein Ohr war offen für meine Worte.

Ich hatte Geschenke überbracht, wie sie für einen Armen
tragbar sind,

25

Wie klein sie auch waren, sah ich doch, dass sie dir
willkommen waren.

Es ist mir aber eine Freude zu erwähnen, wie groß die Zahl
deiner

Wohltaten mir gegenüber gewesen ist:

Ich hatte öfters den Wunsch, die Heilkunst zu erlernen,

Die großen Nutzen vor allem Anderen hat,

30

Ich habe den Wunsch, aber unseren Wünschen steht die
Armut entgegen

Und der schmale Geldbeutel quillt nicht von Hellern über.

Mich Bedürftigen hat mit einer großzügigen Gabe deine
Hand aufgerichtet,

Die viele häufig aufzurichten pflegt.

Ja, ich genieße sogar, großer König, mit deinem Geld
gekaufte Bücher,

35

Oh den himmlischen Göttern ebenbürtiger König!

Und deine Bibliothek steht täglich mit geöffneten Türen

Meinem Fuß zum Eintreten offen.

Weder fließen deine Wohltaten durch die Fluten der
Unterwelt,

Noch schwimmen sie dahingerissen vom Sturmwind durch
Meerengen.

40

Ob es Tag ist oder Nacht, bei Tag und bei Nacht mühe ich mich ab,

Damit ich nicht den Anschein einer undankbaren Gesinnung erwecke.

Dass sie deinem Leben noch viele Jahre gewähren mögen;

Darum bitte ich, so gut ich kann, mit flehender Stimme die Götter.

Wenn ich schon nicht mit Worten gebührend Dank sagen kann,

45

So ist wenigstens mein Herz dankbar für deine Wohltaten.

Es ist und wird immer dankbar sein, bis meine Leben zu den Lüften

Wegfliegt und ich ganz vom gefräßigen Feuer verbrannt werde.

Ich werde dennoch länger als Tithonus²⁾ und Nestor³⁾ leben

Und mein Lebensfaden wird drei Jahrzehnte überdauern.

50

Eher soll der Po seinen Lauf zu den eisbedeckten Alpen umkehren,

Eher soll Callisto⁴⁾ dem ihr verbotenen Meer zueilen,

Als dass meine Muse aufhört, dein Lob zu singen

Und dich, so gut es geht, mit der Lyra zu preisen.

Wenn du es verlangst, werde ich für dich sturmgepeitschte Meerengen

55

Durchschreiten und die blanke Brust Geschossen
darbieten.

Vor der Scylla⁵⁾ und der gegenüberliegenden Charybdis
werde ich nicht erschauern,

Auch nicht vor den Feuerfackeln, die der sizilianische Ätna
ausstößt.

Ja selbst nachdem mich die enge Urne eingeschlossen hat,

60

Werde ich nicht aufhören, deine Wohltaten aufzuzählen,
Was auch immer ich sein werde, ob mich wieder
menschliche Glieder halten,

Oder ob ich ein flüchtiger Hirsch oder ein Vogel sein werde.

65

1) *Borso d'Este erlangte 1452 durch Kaiser Friedrich III. die Herzogswürde von Modena und Reggio, 1471 durch Papst Paul II. die von Ferrara.*

2) *Tithonus, Geliebter der Aurora, die ihn wegen seiner großen Schönheit jeden Abend besuchte, und sich jeden Morgen von seinem Lager erhob, um der Welt des Tages Nahen zu verkünden. Sie liebte ihn so sehr, dass sie Jupiter bat, ihm Unsterblichkeit zu schenken. Der Gott erhörte sie; da sie indessen nicht ewige Jugend für ihren Geliebten mit bedungen, ward er alt und kindisch, so dass man ihn zuletzt in einer Wiege bewahren musste. Die immer blühende Göttin ward des Schwächlings und seiner Pflege überdrüssig, und da ihm Jupiter die Unsterblichkeit nicht nehmen konnte, verwandelte sie ihn in eine Heuschrecke.*

[Wörterbuch der Mythologie: Tithonus. Wörterbuch der Mythologie, S. 7566]

- 3) *Nestor, König von Pylos, der weiseste unter den Griechen vor Troja, der es auf drei Menschenalter gebracht haben soll*
- 4) *Callisto, Geliebte des Jupiter, der sie als Sternbild Großer Bär an den Himmel versetzte. Die eifersüchtige Juno hatte den Oceanus und die Tethys gebeten, Callisto und ihrem Sohn Arkas zu verbieten, dass sie die ermatteten Glieder im Meer badeten.*
- 5) *Scylla und Charybdis waren Meeresungeheuer, die an einer Meerenge lauerten.*

3. IANUS PANNONIUS DE ANNULO, AD TITUM VESPASIANUM STROZZAM

Legimus, o vates, tua carmina, carmina Phoebo
Digna, nec Orpheis inferiora sonis;
Pulchra quibus tenerae commendas dona puellae,
Grata refers animo quae nimis esse tuo.

5

Nec tantum dono, quantum donante moveris,
Auctor momentum munere maius habet.
Ast ego, pace tua liceat modo vera referre,
Quod sedeat nobis commemorare velim.
Nec quia Thersites videar moniturus Ulixen,

10

Hoc nostrum debes spernere consilium.
Cernere amor rectum te non sinit, ast ego cerno
Plurima, quem vinctum nulla puella tenet.
Censeo, ut hoc dubium suspectae munus amicae
A digitis iubeas eminus esse tuis.

15

Femineae mentes multum levitatis abundant,
Et semper varium femina pectus habet.
Femineo impulsu (non est ea fabula falsa)
Occidit prolem trux Catilina suam.
Tarquinius socero rapuit male regna necato,

20

Tulla caput sceleris consiliique fuit.
Quem detestato quondam iugulaverat ense,
Nunc gemit ereptum garrula mater Ityn.
Ad Styga deportant terebratas Belides urnas,
Agmina cognatos ausa necare viros.

25

Quod fertur quondam per saecula cuncta suisque
Orba viris Lemnos, femina causa fuit.
Quam simul insanis tangens Venus improba flammis
Intima vibratas fixit in ossa faces,
Naturale malum funesto augetur amore,

30

Tunc furit, ut patrio Thebais acta Deo.
Tunc vel Chalcidicis est inconstantior undis,
Tunc est Hyrcana tigride saeva magis.
Tunc levibus levior stipulis et fronde caduca,
Quam raptam praeceps fert per inane Notus.

35

Nec curat famam, nullum patrare veretur
Flagitium; caecus quidlibet audet amans.
Esse potest aliquis vestrorum inimicus amorum,
Invidus esse potest; aemulus esse potest,
Qui te forte alias confinxit amare puellas

40

Et rem vesanam detulit ad dominam.
Illa fidem falsae tribuit temeraria culpae,
Quisquis amat, nimium credulitatis habet.
Inde venenatam, simulato munere, gemmam
Imposuit digitis insidiosa tuis.

45

Nec mirere quidem tam magna audere puellam,
Non famam ex tanto crimine prima feret.
Cum relegas veterum divina poemata vatum,
Qualibet exemplum de muliere cape,
Quam malesanus amor diras committere caedes

50

Impulit et promptam fecit ad omne nefas.

Scylla suum roseo spoliavit crine parentem,
Ausa Mycenaeum nupta necare ducem.
Sanguine natorum polluta est barbara mater,
Privignum leto Cressa noverca dedit.

55

Ustus in excelsa cecidit Tirynthius Oeta,
Causa fuit mortis Deianira malae.
At non esse tuam tam prava mente puellam,
Et bene te mores nosse, loquere, probos.
Non erat Aeolidae coniux suspecta marito,

60

Induit arma tamen proditione sua.
Nec te securum tanto in discrimine praesta,
Nec nimium dominae credulus esse velis.
Quae minime sperant freta sunt infesta carinis,
Qui minime rentur piscibus esca nocet.

65

Dum secura sedet ramo super arboris ales,
Aspicit implicitos aucupis arte pedes.
Dum penitus misso gaudebat laeta, timore,
Capta fuit Graio Dardana Troia dolo.
Excute de digitis malesanae dona puellae,

70

Excute; amara sub hoc melle venena latent.
Quis demens adeo, quis tam vesanus et excors,

Ut velit in proprium ferre venena caput?
Fac tamen occultis ea dona carere venenis,
At magicum certe carmen habere queunt,

75

Quod te posse aliam, quam vis, adamare puellam,
Et quam nunc ardes, deseruisse vetet.
Infelix, cura torquebere semper eadem,
Et nulla aeternum finiet hora malum.
Cantatas alio transferre vetabere flammis;

80

Sic semper turpis te retinebit amor.
Et cum legitimas poscent tua corpora taedas,
Tardabit iustas, fax inhonesta, faces.
At nec Sisyphiden Circe, nec Iasona Colchis,
Carminibus potuit detinuisse suis;

85

Sic erat in fatis: tenuisset Iasona Colchis,
Sisyphiden Circe, tres vetuere Deae.
Tu bene per magicas in amore tenearis herbas,
Nec tu Parcarum flamine tutus eris.
Aspice, Thessalicis sit quanta potentia succis,

90

Carmina ne tantum iuris habere neges.
Carminibus sol pallet; traducunt carmina messes,
E coelo Lunam carmina saepe trahunt.

Haec stellas fuscant, nebulas ex aethere pellunt,
His pluviae in terras vel sine nube cadunt.

95

Carmina terra tremet, iuvenescet carmine Nestor,
Carmina tranquillum, cum tumet aequor, erit.
Eliciunt manes, refrenant flumina cantus
Et faciunt hominem protinus esse lupum.
Hae te non poterunt artes in amore tenere,

100

Quae coelum, terras, aequora tota tenent?
Pone, quod hoc donum nullum cum carmine virus
Portet; ut amoveas, altera causa monet.
Quod te cunque solum, quae te loca cunque tenebunt,
Sive propinquus eris, sive remotus eris,

105

Immitem ex animo nunquam delere puellam,
Te sinet in digitis gemma locata tuis;
Continueque suum coget succurrere nomen,
Cum paene ex animo fugerit omne tuo.
Ac velut extinctum levis aura resuscitat ignem,

110

Quem superinductus texerat ante cinis;
Sic recrudescant tua vulnera semper in horas,
Quae te sollicitet, causa perennis erit.
Quos tunc, infelix, quos tunc effundere questus,

Singultu vocem praepediente gravi,

115

Quos dare cogeris gemitus, suspiria quanta?

Invitis quoties illacrymare genis?

Pone age de digitis malesanae dona puellae,

Quae te sollicitum saepe, retenta, dabunt.

Gemma laborato, quae clausa refulget, in auro

120

Cur te delectet, sola ea causa subest,

Quod fuit in digitis carae gestata puellae,

Quod dedit hanc digitis cara puella tuis.

Quo magis ingenuas animum debemus ad artes

Flectere, quas nobis magnus Apollo dedit.

125

Quas bona Melpomene, quas cetera turba sororum,

Pectore quas gestat Calliopea suo.

Nec quod ad has sacras esses minus impiger artes,

Id nunc me verbis insinuasse puta;

Sed tamen humanas persaepe retardat et arcet

130

A studio mentes desidiosus amor.

Quare age non solum malesanae dona puellae

Munera de digitis, excute, quaeso, tuis;

Sed cum te haud lateat, quam sit male blanda Voluptas,

Cum bene perspicias, quam sit acerbus amor;

135

Excute damnosas captivo e pectore curas,
Deme Cupidineis et tua colla, iugis;
Prorsus et ingenuas convertere totus ad artes
Et grave neglecto carmen amore cane.
Quisnam, cui sese redimendi est ulla facultas,

140

Malit servili subdere colla iugo?
At Deus est, referes, et habet sua tela Cupido,
Non valeo tantum vincere Numen homo,
Vulnificos arcus, celeres, quibus evolat, alas,
Nec non ignitas fertur habere faces.

145

Esse Deum, genitumque Dea, confinxit amorem,
Servitio obsceno caeca libido favens;
Numinis et titulo voluit velare furorem,
Dignior ut venia, liberiorque foret.
Scilicet aligerum terras Erycina per omnes,

150

Admissis natum gressibus ire iubet!
Ille levem rapido conscendens aethera cursu
Contorquet tenera spicula lenta manu.
Ac genus humanum et Superos dominatur in omnes
Et quicquid pascunt sidera, terra, fretum.

155

Hoc hominum quondam finxit temerarius error
Et Venerem et pharetras, nude Cupido, tuas.
Ocyus abscedant commenta Cupidinis arma,
Ocyus absedat luxuriosa Venus.
Pegasides veniant, veniat citharoedus Apollo,

160

Et cum Maenalia, candide Iacche, Deo.
Et late rapido quae pede, Fama, volat.
Scribere quae valeas, sunt plurima praeter amorem,
Quos gravis ingenti comitetur gloria passu,
Sive nova arrident, sive vetusta placent.

165

Bellica sive iuvat clarorum gesta virorum,
Carmina materiae conveniente suae,
Sive referre togam; per quas tua naviget undas,
Cymba, dabit Latium, terra Pelasga dabit.
Sunt quae Cecropidae, sunt quae Spartana iuventus,

170

Et Rhodos et populus, clare Corinthe, tuus,
Sunt et quae magnae quondam gessere Mycenae;
Oedipodionidum plurima facta vacant.
Plurima Lydorum, Persarum plurima restant
Et Macetum gentes multa tenenda dabunt.

175

Sunt res Albanae, Carthaginis acta supersunt,